

PROF. CHRISTOPH HEINRICH RITMEIER

Fakultät	Theologische Fakultät
Geboren	1671 in Helmstedt
Gestorben	1719
Kurzvita	Phil. ao. u. o. Prof. d. griechischen Sprache in Helmstedt (1697–1716); Theol. Prof. in Helmstedt (1710–1719);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: Christophorus Henricus Rittmeyer Helmstadiensis (29.10.1688)
Ehefrauen	Anna Margarete Ritmeier geborene Engelbrecht (1631–16.04.1705), Heirat 1652
Quelle	Ahrens 2004, S. 193
GND	https://d-nb.info/gnd/116573848
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-183-ritmeier

Lehrstühle

1697–1698 Lehrstuhl für Griechisch, Helmstedt

1698–1716 Lehrstuhl für Griechisch, Helmstedt

1710–1719 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

Akademische Ämter

1707–1708: Universität Helmstedt, Prorektor

1714–1715: Universität Helmstedt, Prorektor

Vorlesungen (64)

Christophorus Henricus Ritmeier Graecae LXX. Interpretum Versionis scrutinium pridem suscepit, & in locis V.T. quae in Epistola ad Romanos ex eadem adducuntur philologicè illustrandis jam occupatur. Quibus ad finem perductis constituit quaedam argumenti Moralis publice tractare & ea seligere quae opportuna & Auditoribus utilia existimaverit. [...] Docet publ. hor. II., Wintersemester 1698/1699

[...] Nec minus privatim, in philosophicis pariter ac philologicis studiis, operam ejus desiderantibus, omnem fidem ac industriam promittit., Wintersemester 1698/1699

Christophorus Henricus Ritmeier Ritus & solennitates quibus Graeci hodierni in Sacris peragendis utuntur, ordine exhibebit. Postea, ubi rem gratam Auditoribus se facturum intellexerit, tradet Geographiam Graciae hodiernam. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1701

[...] De caetero non solum in Philologiae S. studiis sedulo perget, sed & aliis exercitiis vacabit., Sommersemester 1701

Christophorus Henricus Ritmeier In recensendis recentiorum Graecorum ritibus eorumque statu hodierno adhuc occupatur. [...] Docet publice hora III., Wintersemester 1701/1702

[...] Quibus ad finem perductis librum quendam N. T. ita pertractandum sumet, ut ad accuratiorem reliquorum intelligentiam & philologicam exegesin via commonstretur. [...] Docet publice hora III., Wintersemester 1701/1702

[...] Privatim denuo Collegium Graecum Fundamentale offert, cui interpretationem aliquot Plutarchi Opusculorum subjunget. [...], Wintersemester 1701/1702

[...] In aliis studiis porro sese accommodabit desideriis sollicitantium., Wintersemester 1701/1702

Christophorus Henricus Ritmeier, pertractatis elapso tempore diversis, a munere suo haud alienis, argumentis, ad novi foederis sacrum codicem denuo accessit, philologemata exegetica publice continuaturus. [...] Docet publice hora tertia., Sommersemester 1702

[...] In privatis quoque laboribus, studiosorum juvenum desiderio accomodandis, omnem fidem & industriam adhibebit., Sommersemester 1702

Christophorus Henricus Ritmeier Animadversiones ad varia codicis sacri loca, ex graeca potissimum literatura eruenda, Auditoribus nuper suppeditavit. Quibus ad finem perductis integrum quendam Novi T. librum subjunget, ejusque brevem instituet analysin atque exegesin philologicam. Xenophontis etiam libros ΑΠΟΜΝΗΜΟΝΕΤΜΑΤΩΝ sive de dictis & factis memorabilibus Socratis interpretari constituit, intra exiguum temporis spatium eosdem absoluturus. [...] Docet publice hor. III., Wintersemester 1704/1705

[...] In aliis quoque doctrinae partibus & operis privatis non deerit Commilitonum desideriis. Nec disputandi occasiones praetermittet., Wintersemester 1704/1705

Christophorus Henricus Ritmeier, Postquam proverbialiter dicta insigniora ex Evangelistis & Actis Apostolicis absolvit, eidemque negotio nuper aliquid quoddam a munere suo haud alienum lectionum publicarum argumentum interposuit, ad Epistolas Paulinas ac reliquas ordine progredietur, proverbiales istusmodi locutiones inde eruet, & ex Antiquitatibus illustrabit. [...] Docet publice hora III., Sommersemester 1707

Privatam quoque institutionem suam in una atque altera bonae eruditionis parte desiderantibus lubens gratificabitur., Sommersemester 1707

Christophorus Henricus Ritmeier Theol. Lic. Eiusdemque Professor Ordinarius, ad S. Scripturarum Veteris Testamenti fontes limpidissimos, prout clementissime jussus est, Auditores suos manuducet, & praebatis genuinis adminiculis ad rectam eorundem intelligentiam atque interpretationem, tum communioribus, tum peculiaribus & propriis, libros historicos primum theologiae exegesi pertractandos sumet: brevitati accurate sic daturus operam, ut singulis horis caput integrum, aut amplius, quoad licuerit, absolvat. Dein comparationem Sanctuarii omnisque cultus Mosaici cum rebus N. T. meditabitur, & adumbrata illis de Christo suaque Ecclesia conabitur ostendere., Wintersemester 1710/1711

Neque minus privatum, quotquot in disciplinam suam venerint, in diversis studii theologici partibus, debita industria, cura, ope consilioque juvabit., Wintersemester 1710/1711

Christophorus Henricus Ritmeier, Gr. Litter. Prof. Absolutis de hodiernis Graecis praelectionibus, philologemata graeca ex Epistolis catholicis, inter summae eruditionis philologos recentiores in Belgio maxime disceptata, nuper expendere instituit. Proximis mensibus hybernis integros aliquot N. T. libros interpretabitur, & cum selectu ex profanis Autoribus Graecis simul observabit, quae sacri styli indolem, adlusiones ad Antiquitates, dictiones varias & loquendi formas, quodammodo illustrare poterunt. Plutarchi etiam unum alterumve libellum, veluti de Animi tranquillitate, de capienda ex inimicis utilitate, de Consolatione ad Appollon. &c. cupientibus exponet. [...] Docet publice hor. III., Wintersemester 1710/1711

Nec intermitteret occasione data utilis argumenti dissertationes philologicas ad disputandum publice proponere., Wintersemester 1710/1711

Christophorus Henricus Ritmeier Exegeticas Veteris Testamenti librorum historicorum praelectiones publicas alacriter continuabit, & absoluto nuper libro Estherae ad Josuam revertetur, ac sequentes pariter qui fieri poterit brevitate & accurate tractandos suscipiet. [...] Docet hora X., Sommersemester 1711

Privatim theses ad ductum theologiae dogmaticae beati D. Joach. Hildebrandi nostri concinnatas, sua cura haud ita pridem editas, examinando & disputando repetet. De caetero ad sacra studia quo vis modo adjuvanda & provehenda fidem atque operam pro viribus offerens., Sommersemester 1711

Christophorus Henricus Ritmeier, Gr. L. Prof. in analysi atque interpretatione philologica N. T. ulterius occupabitur, & praeter phraseologiae sacrae indolem, eorum praesertim quae ex Graecismo fluunt, interpretandi rationem genuinam commonstrabit. Quem in finem ipsos autores Graecos veteres, tam prosaicos quam metricos, ubi opus, evolvet & exhibebit, vocumque explicationes ex Polluce, Hesychio, Suida & Glossariis proponet. Meletematibus istis subjunget Stoica decreta cum S. Scripturae dictis comparata. Nec auxilio vel consilio deerit in aliis ad muneri sui partes spectantibus. Docet publice hora III., Sommersemester 1711

Christophorus Henricus Ritmeier, Gr. L. Prof. in graecis studiis, quemadmodum programme typis exscripto nuper promisit, ulterius perget, quamque proposuit pericoparum sacrarum analysin et expositionem philologicam hoc semestri D. I. absolvet. Postea de singularibus in stylo graeco N. T. occurrentibus seorsim aget, addetque alia muneri huic suo convenientia, ex voto et usu Auditorum. Inter reliqua etiam in Epictetum, cujus octo priora capita jam illustrata dedit, Dissertationes oblata occasione continuaturus. Docet publice hora III., Wintersemester 1712/1713

Christophorus Henricus Ritmeier, D. Exegeticam S. historiae V. T. recensionem ad ultima Davidis, sub finem libri secundi Samuelis, hactenus perduxit: quibus Psalmorum expositionem publicis lectionibus subjunget. Ita quidem ut accuratiore fontium interpretatione praestructa, usus doctrinales et practici superstruantur; imprimis vero "quae ad Christum primario et maxime proprie [handschriftliche Unterstreichung im Original] referenda sunt, solide demonstrantur: insimul Judaeorum, Socinistarum, caeterorumque adversariorum detorsionibus gravissimis occurrantur. [...] Docet publice hora X., Wintersemester 1712/1713

Privatim quod recepit collegium theologicum examinatorium atque disputatorium gnaviter urgebit: neque minus exercitationibus publicis pro re nata vacabit., Wintersemester 1712/1713

Christophorus Henricus Ritmeier, Gr. L. Prof. P. Ord. In graecorum fontium analysi & interpretatione, methodo sueta progredietur; ut in philologiae sacrae exercitiis, utriusque idiomaticis graeci differentiam, evolvendo subinde veteres Autores, porro diligenter observet. Inter reliqua etiam elegantem libellum Luciani, de non tem. cred. cal. illustrandum sumet. Docet publice hora III., Sommersemester 1713

Christophorus Henricus Ritmeier, D. In exegetico sibi demandato munere, post libros V. T. historicos, ad Psalmorum expositionem haud ita pridem accessit. Quo in negotio ulterius omni fide & dexteritate occupabitur; simulque adversariorum corruptelas & detorsiones, ubi opus, in transcurso notabit. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1713

Privatum collegium theologicum, per examen & disputationum repetitiones, continuabit. Peculiari quoque instituto ad Operum Lutheri lectionem, indeque penitus cognoscendam genuinam & analogiae fidei consentaneam exegesos indolem, cupidos Commilitones manuducet., Sommersemester 1713

Christophorus Henricus Ritmeier, D. Psalmorum Davidis, ex fontibus Hebraeis, ad genuinae exegesos normam, aliquot Decades ut illustratas dedit hactenus, ita & majoribus in illorum pertractatione analytica, exegetica & practica, progredietur passibus. Postea publice ad Salomonis Paroemias, aliudve ex amplis sacratissimorum Veteris Testamenti monumentorum spatii accedet

argumentum. [...] Docet publice hora X., Wintersemester 1713/1714

Privatim theologia continuabit examina [...], Wintersemester 1713/1714

[...] neque illis defuturus, qui publicam quoddam exercitium disputatorium desiderant., Wintersemester 1713/1714

Christophorus Henricvs Ritmeier, Gr. L. Prof. Praeter Lucianum de Calumnia, pro desiderio ac usu Auditorum, pericopis N. T. evangelicis ad finem perductis, epistolares subjunget, easdemque succinctis animadversionibus philologicis dilucidabit. Docet hora III., Wintersemester 1713/1714

Christophorus Henricvs Ritmeier, D. h. t. Pro-Rector, in exegesi Psalmorum pridem ultra semicenturiam progressus, porro omni fide ac dexteritate versabitur; & pro muneris sibi demandati ratione, atque ex praescripto Statuorum, S. Scripturae V. T. librorum pertractationem exegeticam alacriter persequetur. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1714

Privatim inter reliqua disputationes & examina theologica resumet: nec minus privatissimis curis atque consultationibus, theologiae cultorum profectus & commoda pro virili juvare ac provehere studebit., Sommersemester 1714

Christophorus Henricvs Ritmeier, finitis, quas ex vetustis Autoribus Graecis proposuit, rebus Atticis, ad Lucianum, nec non pericopas Epistolicas, prout receperat, publice accessit. Quam telam, pro voto Auditorum, sedulo pertexere allaborabit; inter curas & avocamenta, quae Praefecturam Academicam circumstant & commitari solent. Docet hora III., Sommersemester 1714

Christophorus Henricvs Ritmeier, D. Ab hymnis Davidicis, quorum centuriam analytica expostitione proprediem absolvit, ad aliorum S. Scripturae V. T. librorum exegesis, bene juvante Deo, accedet. Propheticas quoque pericopas, quemadmodum promissit, interpretandas sumet. [...] Docet publice hora X., Wintersemester 1714/1715

Nec intermittet privatas operas, ad vota Auditorum [...], Wintersemester 1714/1715

[...] quibuscum publicas pro re nata conjunget exercitationes Academicas., Wintersemester 1714/1715

Christophorus Henricvs Ritmeier, Genium atque indolem styli graeci in scriptis Paulinis monstrare perget. Nec detrectabit imposterum quoque, ea in gratiam Auditorum seligere ac proponere, quae usibus & profectui illorum accommodata existimaverit. Docet hora pomeridiana tertia., Wintersemester 1714/1715

Christophorus Henricvs Ritmeier, D. Ab hymnis Davidicis absolvit, ad aliorum S. Scripturae V. T. librorum exegesis, bene juvante Deo, accedet. Propheticas quoque pericopas, quemadmodum promissit, interpretandas fumet. [...] Docet publice hor. X., Sommersemester 1715

Nec intermittet privatas operas, ad vota Auditorum [...], Sommersemester 1715

[...] quibuscum publicas pro re nata conjunget exercitationes Academicas. Docet publice hor. X., Sommersemester 1715

Christophorus Henricvs Ritmeier, Genium atque indolem styli graeci in scriptis Paulinis monstrare perget. Nec detrectabit imposterum quoque, ea in gratiam Auditorem seligere ac proponere, quae usibus & profectui illorum accomoda estimaverit. Docet hora pomeridiana tertia., Sommersemester 1715

Christophorus Henricvs Ritmeier, Periochas epistolares, benigne juvante Deo, perducet ad finem. Quae praeterea philologiae graecae, potissimum sacrae, argumenta, in posterum tractaturus sit, peculiari indicio significabit: quovis modo Auditorum commodis, pro desiderio eorum & temporis ratione, praesto semper futurus. Docet hor. III., Wintersemester 1715/1716

Christophorus Henricvs Ritmeier, D. Absoluta, quam a Psalmis proposuit, textuum Prophetiarum

exegesi, in reliquis V.T. libris dextre explicandis, & ad salutarem in christiana praxi non tantum, sed & subinde ad dogmaticum, polemicum & homileticum usum adplicandis perget. [...] Docet publice hor. X., Wintersemester 1715/1716

[...] Privatim examinatória aliaque exercitia theologica porro instituet. Disquisitionibus quoque publicis ad quaedam Scripturae S. loca animadversionum, plures alias B.C.D. subjunget., Wintersemester 1715/1716

Christophorus Henricus Ritmeier, D. Postquam exeunte superiori anno priores centum Psalmos justa exegesi pertractavit, Propheticas quasdam orationes, maxime ex Esaia, adgressus est. Quibus absolutis, residuam Psalmorum semicentuarium, aliumve S. Scripturae V. T. librum integrum, ad genuinae exegeseos normam dilucidandum sumet. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1716

Nec deerit illis, qui in aliis quoque Theologiae partibus institutionem suam desiderabunt, & disputatoria subinde aliaque exercitia publice privatimque interferenda; facile sese accommodaturus ipsorum optatis., Sommersemester 1716

Christophorus Henricus Ritmeier, Quae in epistolicis restant lectionibus, parte priori haud ita pridem absoluta, ut, quamprimum fieri poterit, ad finem deducantur, operam dabit. [...] Docet hora III., Sommersemester 1716

Quales deinde porro in gratiam Auditorum lectiones quosque labores suscipere decreverit, suo tempore & loco indicabit., Sommersemester 1716

Christophorus Henricus Ritmeier, D. Finitis prophetis, quas proposuerat, pericopis, & Malachia integro nuper exposito, Psalmos, centum priores ordine excipientes, adgressus est. Quorum pertractationi exegeticae, quasdam difficiliore e V. T. quaestiones, subjungere constituit. Caeterum dimisso licet, pro Superiorem indultu bonaque cum venia, pristino suo munere philosophico, nihilominus imposterum lectionibus aliisque laboribus ad scopum theologicum dirigendis, commilitonum inservire utilitati & commodis, omni studio atque opera connitetur., Wintersemester 1716/1717

Christophorus Henricus Ritmeier, D. In exegeticis praelectionibus, a Psalmis ad reliquos Veteris Testamenti libros publice progredietur. Quibus porro J. D. hoc aget, ut, praemissis semper isagogicis specialibus, genuinum sensum proponat, usumque ostendat. Cumque Pericopas Dominicales & Festivales, Evangelicas pariter atque Epistolicas, e fontibus expositas, nunc absolvi omnes, imposterum his addet selecta quaedam, illis respondentia, pro exordiis apte adhibenda, S. Scripturae utriusque foederis loca; cum succincta eorundem explicatione & applicatione, necessariisque exegeticis ac homileticis observationibus. Quae praeterea publice privatimque suscepturus est, ad sacri studii cultorum vota, & ecclesiae utilitatem dirigere studebit. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1717

Perget quoque desideratas Titanas animadversiones exegeticas, quoties idonei porro se obtulerint Respondentes, una cum aliis suo ductu elaborandis dissertationum argumentis, subjicere publicis disquisitionibus., Sommersemester 1717

Christophorus Henricus Ritmeier, D. Exegeticas V. T. praelectiones, quibus nuper, ordine sic ferente, magnum Hallel, ut et Graduum, ceu inscribuntur, Psalmos pertractavit, ad recolendam maxime solenni hoc Jubilaei Evangelici anno, memoriam Reformationis, veramque hujus indolem probe agnoscendam, dirigere subinde haud intermisit. Absoluto nunc proprediem integro Psalmorum volumine, alia muneri suo competentia, publice proponet. Pericopis quoque evangelicis & epistolicis, in gratiam philologiae sacrae cultorum antehac curatius illustratis, selecta utriusque foederis loca, iisdem respondentia, perget subjungere [...] Docet hora X., Wintersemester 1717/1718

[...] inque aliis theologicis studii partibus, privatam operam lubens praestabit., Wintersemester 1717/1718

Nec minus, prout sub auspiciis hujus anni ex Academici Collegialis Templi cathedra instituit, S. Scripturae tractationem, cum applicatione succincta ad fidem & vitam, J. D. continuabit., Wintersemester 1717/1718

Privatis horis, pro Auditorum voto, dabit Introductionem brevem ad theologiam Exegeticam, & Novi Testamenti expositionem, una cum accessionibus philologematum exegeticorum ad Pericopas Evangelicas continuabit., Sommersemester 1718

Disquisitiones etiam ad disputandum publice proponere perget. Quae vero posthac in Collegialis templi Academici cathedra susceptus fit, peculiario indicio significabit., Sommersemester 1718

Christophorus Henricus Ritmeier, D. In exegeticis V. T. sibi demandatis praelectionibus, ab historia Diluvii Noachici caeterisque Mosaicis, ad Prophetica progredietur; simulque potiores controversias, detorsiones & errores, maxime recentiores, in transcurso notabit. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1718

Christoph. Henricus Ritmeier, D. Perductis ad finem Historicis atque Isagogicis in omnes ad singulos Veteris Testamenti libros, revertetur ad Exodum: & prout sub initium hujus anni Praecepta Noachidarum, quae vocari solent, exposuit, proximis mensibus hibernis, in reliquarum legum Mosaicorum scrutinio ac illustratione, Decalogum peculiari studio declarabit. Deinde accedet denuo ad Prophetas. [...] Docet publice hora X., Wintersemester 1718/1719

Privatis horis, praeter ulteriorum Novi Testamenti explicationem, examinatorium instituet collegium, in theologiam vel dogmaticam vel polemicam., Wintersemester 1718/1719

Publicas quoque exercitationes disputatorias, aliasque, B. I. D. continuabit., Wintersemester 1718/1719

Christph. Henricus Ritmeier, D. Absolutis e lib. Exodi & Numerorum, rebus Religionis pariter ac Historicis, subjunget et promissam exactiorem Decalogi expositionem; ac dein, ex Deuteronomico, Ultima Mosis. Hinc vel Jobum, vel unum ex Prophetis interpretandum sumet. Pomeridianis horis ex Evangeliiis perget explicare Sermones D. N. J. Christi: indeque accedet denuo ad Epistolas Paulinas. Pomeridianis horis ex Evangeliiis perget explicare Sermones D. N. J. Christi: indeque accedet denuo ad Epistolas Paulinas. [...] Docet publice hora X., Sommersemester 1719

Quae praeterea desiderii Commilitonum, in Theologiae vel Dogmaticae vel Polemicae capitibus praecipuis, erunt accomoda, privatis studiis conferet lubens., Sommersemester 1719

Publicas quoque disputandi aliasque exercitationes, D. J. porro instituet., Sommersemester 1719

Dissertationen (29)

De Analysisi Apostolo Desiderata ad Philipp. I, 23. & 2. Tim. IV, 6. Dissertatio Philologica, 1702. VD17 23:247557T

De Nominibus Divinis Stylo Scripturae Rem Amplificantibus, 29.08.1705. VD17 23:247557T

Philologematum Sacrorum Apospasma Ex Epistolis Paulinis, 28.03.1705

In Theophylacti anekdotos hucusque commentarios, super initium cap. II. Hoseae Versionem atque Annotationes, 31.03.1702

De solida vana ac falsa subtilitate Dissertatio philosophica, 02.06.1728

De Variis Veterum Graeciae Sapientum Modis Tradendi Sublimiorem Scientiam. Dissertatio Historico Philosophica, 07.02.1728

Specimen philosophiae Epicteti sive enchiridii eius priora capita Rabbinice versa et

animadversionibus illustrata, 16.03.1709

Dissertatio Nomenclaturae mortis emphaticae ex novo testamento, 16.04.1710

Exercitatio theologica De quotidiana christianorum morte et resurrectione ex ep. ad rom. VI, 4. 8. et reliq., 04.02.1711. VD17 23:251051X

Exercitatio philologico-theologica De hebrew sive signo frontis bonorum Israelitarum apud Ezechielem cap. IX. v. 4., 19.12.1711

Dissertatio Synopsis doctrinae christianae ad ductum b. D. Gerhardi Titii adornata, 03.02.1712

Disquisitio Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 20.03.1715

Disquisitio II. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii, 13.04.1715

Disquisitio III. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 29.05.1715

Disquisitio IV. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 29.06.1715

Disputatio V. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 24.07.1715

Disquisitio VI. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 10.08.1715

Disquisitio VII. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 07.09.1715

Disquisitio VIII. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 09.05.1716

Disquisitio IX. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 20.05.1716

Disquisitio X. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 20.06.1716

Disquisitio XI. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 05.05.1717

Disquisitio XII. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 23.06.1717

Disquisitio XIII. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 28.06.1717

Disquisitio XIV. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 13.08.1717

Disquisitio XV. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 28.09.1717

Disquisitio XVI. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 02.04.1718

Disquisitio XVII. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh. Titii , 23.04.1718

Disquisitio XVIII. Animadversionum exegeticarum ad scripturae s. insigniora loca e msc. b. d. Gerh.

Titii , 29.05.1718

Beteiligung an Dissertationen (2)

Respondent in: Cornelius Dietrich Koch (Präses): Cic. E Lib. IV. Tuscul. Quaest. De Ejjiciendis Animi Perturbationibus Theses Philosophicas, 18.12.1702

Respondent in: Johann Andreas d. Ä. Schmidt (Präses): Dissertatio theologica inauguralis De armatura spirituali ex epist. ad ephes. cap. VI. vers. X. et seq. , 15.12.1701

Reden und Programme (11)

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma Cum Ritus & Antiquitates Graecorum docere aggrederetur P. P., 16.01.1699. VD17 547:694620N

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma, De Coniungenda Et Concilianda Graeca LXX Interpretum Versione Cum Fonte Hebraico; Publicis Lectionibus praemissum., 30.01.1698. VD17 23:237214Z

Christoph Heinrich Ritmeier: Oratio De Palingenesia Studii Philologici primis Reformatoibus nostris viam sternente, 22.12.1698. VD17 23:251642F

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma ad exequias consulis huius urbis ... Petri Eding ... , 18.03.1714

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma de vario reipubl. Hebraeorum statu sub iudicibus quum a iudicum et ruthae historia ad Samuelis libros et sacros regum annales, 20.02.1712

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma De Hodierno Christianorum Graecorum Statu Cultuque Ecclesiastico Praelectionibus, 24.02.1710. VD17 23:251642F

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma De Praestantissimo Solidae Ervditionis Adivmento Lingva Graeca Philologicis N.T. Praelectionibvs P. P., 03.10.1710

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma Festo Michaelis

Christoph Heinrich Ritmeier: Oratio De Bono Academiae in Sabbato Iulio, sive Foundationis Academiae Iuliae Festo, sive Foundationis Academiae Juliae Festo, publice habita; cum Natalis eius CXXVI. solenni ritu celebraretur.

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma Natalitiorum Christi Feriis

Christoph Heinrich Ritmeier: Programma Festo Paschatis ...

Beteiligung an Reden und Programmen (2)

contributor in: Prorektor und Senat der Universität Helmstedt: Programma In Fvnerem Viri Maxime Reverendi Et Amplissimi Christophori Henrici Ritmeieri Sacrae Theologiae Doctoris Eivsdemque In Academia Ivlia Professoris Pvblici Et Ordinarii, 20.08.1719. VD17 23:251642F

contributor in: Justus Christoph Böhmer: Programma ...

Rechenschaftsberichte

Zeitraum

Text

Quelle

Zeitraum 11.01.1701–11.03.1701

Text Anno MDCCI / Mense Ianuar / Die 11 Nili episcopi et martyris preceptiones

- paraeneticas nuper mea cura Graece editas interpretaturus praeliminaria quaedam tractavi. / Die 13 Egi de methodo quam veteres Graeci in tradenda morum doctrina observarunt. / Die 14 De autore harum paraeneseon disserui, cum plures eo nomine olim / [v] / scriptores, patres, episcopos, martyres fuisse constet. / Diebus 17, 18, 20 [et] 21 Priora XV. capita interpretatus sum, adductis subinde parallelis sententiis ex Homero, Hesiodo, Clemente Alexandrino etc. / Die 24 Pervenii ad caput xx. / Die 25 Disputatio inauguralis habebatur. / Die 27 Erat mutatio pro-rectoratus / Diebus 28 et 31 Sequentia capita exposui usque ad XXIX. / [64 r] / Mense Februario / Diebus 1, 3 [et] 4 Ulterius in hoc instituto progressus sum et pervenii ad Caput XL. / Die 7 et sequente Incidebant nundinae Brunsvicenses. / Diebus 21 et 22 Explicavi sequentia capita usquem ad LMI. / Diebus 24, 25 [et] 28 Ordine perrexi usque ad Caput LX. / [v] / Mense Martio / Diebus 1, 3 [et] 4 Exposui quae sequuntur usquem ad caput centesimum. / Diebus 7 et 8 XII. Sequentia capita addidi. / Diebus 10 et 11 Ob adversam valetudinem ulterius pergere haud licuit. Accesserunt nundinae oppidanae et feriae paschales. / Christopherus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2530 , Fol. 63 f.
- Zeitraum 18.04.1701–17.06.1701
- Text Anno MDCCI / Mense Aprilis / Die 18 Recentiorum Graecorum statum & ritus aestivis hisce mensibus descripturus, nonnulla de instituti huius ratione praefatus sum / Diebus 19 et 21 Apparatum ad hoc argumentum tradidi & autores praecipuos inspiciendos exhibui / Die 22 De Russis eorumque religione et ritibus disserui / [v] / Diebus 25 et 26 De patriarchae Galitani electione, autoritate et dignitate egi / Die 28 De reliquis patriarchis eorumque iurisdictione / Die 29 De episcopis et metropolitibus / Mense Maius / Diebus 2 et 3 De religiosis qui καλογεσοι dicuntur, eorumque statibus, ordine et habitu / Die 5 Erat festum ascensionis Domini / [66 r] / Die 6 Ob breve iter non docui / Diebus 9 et 10 De anagnostis et reliquis inferiora ministeria in ecclesia Graeca obeuntibus / Sequebantur feriae Pentecostales / Diebus 25 et 26 Reliqua eo pertinentia addidi et caput hoc absolvi / Diebus 27 [et] 28 De hodiernorum Graecorum templis agere coepi / Die 30 et 31 Inter alia egi de templis Sanctae Sophiae et Apostolorum in urbe Constantinopoli / [v] / Mense Iunius / Diebus 2, 3, 6 et 7 Varias apud Graecos templorum figuras, partes, vestibula, atria etcetera descripsi / Diebus 9 et 10 Dixi de portis eorum narthece κολυμβίθρα et ἀναλογεῖν / Diebus 13 et 14 De adytis et altaribus eorumque usu et dignitate / Diebus 16 [et] 17 Quomodo haec usui esse possint in antiquitatum studiis allatis exemplis variis docui / Exeunte hoc mense Pymontum iter feci; impetrata venia à serenissimo directorio / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2530 , Fol. 65 f.
- Zeitraum 05.07.1701–23.09.1701
- Text Anno 1701 / Mense Iulio / Ab itinere Pymontano redux factus in lectionibus publicis perrexi et Die 5 De recentiorum Graecorum Festis dicere exorsus sum. / Diebus 26, 28 [et] 29 Exposui eorum ἐορθὰς δεσποτικὰς / Mense Augusti / Diebus 1, 2, 4 et 5 Recensui quae ad secundam classem pertinent, nempe θεωρηθορικὰς / [v] / Diebus 8, 9, 11 [et] 12 Tertiae classis; quae τῶν ἀξίων sunt propria. / Diebus 15 [et] 16 et sequentes Incidebant nundinae

- Brunsvicenses. / Diebus 25 [et] 26 Guelpherbytum profectus sum. / Die 30 τῶν νησεῖων καιροῦς δωρισηγεύους exponere coepi / Mense Septembri / Diebus 1 et 2 Idem argumentum continuavi. / Diebus 5 et 6 Erant Nundinae oppidanae. / [68 r] / Diebus 8 et 9 Ob praesentiam amicorum docere non licuit. / Diebus 11 et 12 Quae supererant de hebdomadariis et anteferialibus subiunxi. / Diebus 12, 13 et 15 De sacramentis Graecorum egi. / Diebus 16 et 19 De ritibus baptismalibus. / Die 20 De chrismate θείου μύρου / Diebus 22 et 23 De eorum liturgia. Sequebantur Feriae Michaelitanae. / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2530; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 67 f.; Fol. 11 f.
- Zeitraum 17.10.1701–30.11.1701
- Text Anno MDCCI / Mense Octobri / In recensendis hodiernorum Graecorum statu et ritibus perrexi, et / Die 17 De libris liturgicis Graecorum egi. / Diebus 18, 20 [et] 21 Varios eorum ritus eucharisticos ordine recensui. / Diebus 24 [et] 25 Quae de his dicenda restabant addidi. / Diebus 27, 28 [et] 31 Ad pertinentia τὴν ἱεροσύνην pertinentia exposui. / [v] / Mense Novembris / Diebus 1, 3 [et] 4 De ritibus desponsationum apud Graecos usitatis dixi. / Diebus 7 et 8 Ad εὐχέλαιον eiusquem usum spectandi docui. / Diebus 10 et 11 Peculiares Graecorum doctrinas et consuetudines notabiliores subiunxi, atque hoc argumentum absolvi. / Diebus 14 et 15 Erant nundinae. / Deinde usque ad finem mensis impedimentum habui, quod ratione domicilii mei denuo difficultates motae, unde me extricare per transactionem quandam debui. / [70 r] / Mense Decembris / Disputatio meae inauguralis de armis sacris, examina item facultatis, quaeque istud negotium comitari solent, publice docendi muneris vacationem iusserunt. / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2530, Fol. 69 f.
- Zeitraum 16.01.1702–23.03.1702
- Text Anno MDCCII / Mense Ianuario / Finitis de praesenti statu ritibusque Ecclesiae Graecae diatribis, observationibus philologicis Epistolam Pauli ad Philippenses illustravi. / Diebus 16 [et] 17 Prolegomena Geographica Historica aliaque eo pertinentia tradidi. / Diebus 19 [et] 20 Inscriptionem cum exordio exposui. / [v] / Die 23 Caput primum absolvi. / Diebus 24, 26 [et] 27 In capite 2do perrexi. / Diebus 30 [et] 31 Illud absolvi et ad caput 3 perveni. / Mense Februario / Die 2 Erat dies festus. / Diebus 3, 6 [et] 7 Et sequentes ob Brunsvicenses Nundinas lectiones deferre debui. / Diebus 21, 23, 24 [et] 27 Caput tertium pertractavi. / Die 28 Idem ad finem perduxi. / [69r] / Mense Martio / Diebus 2 [et] 3 Et sequentes Ob raucedinem distuli lectiones. / Die 7 Inchoavi caput IV. / Diebus 9 et 10 Priorem eius partem absolvi. / Diebus 13 [et] 14 Usque ad versum 14 perveni. / Diebus 16 [et] 17 Eadem ratione in sequentes perrexi. / Die 23 Labori huic finem imposui. / Christoph Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2531, Fol. 68 f.
- Zeitraum 30.06.1702–22.09.1702
- Text ANNO MDCCII / Mense Iulio Exeunte ab acidulis Pymontanis redux factus sum. / Mensis Augusti / Diebus primis impedimenta valde luctuosa vacationem a lectionibus iusserunt. / Diebus 14 [et] 15 et sequentes Nundinae

- Brunsvicenses. / Die 28 Difficiliora loca ex epistola ad hebraeos expendere coepi. / [v] / Die 29 Capitis II. Versum 1 absolvi. / Die 31 Exposui capitis V versum 7 / Mense Septembris / Die 1 scrutinium [?] versus 37 Capitis XI. suscepi. / Diebus 4 & 5 Erant Nundinae oppidanae. / Diebus 7 & 8 In argumento inchoato perrexi. / Diebus 11 & 12 Illo absoluto ad Capitis XII. versum 1 accessi. / Diebus 14 & 15 Verba priora posterioris membri in hac pericope perscrutatus sum. / [71r] / Diebus 18 [et] 19 In eodem argumento versatus sum. / Diebus 21 [et] 22 Reliqua subiunxi & ad finem perdux. / Neque ob instans Festum Michaëlis alia incepti. / Christoph Henricus Ritmeier. 37 Alt 2531, Fol. 70 f.
- Quelle
- Zeitraum 12.10.1702–19.12.1702
- Text ANNO MDCCII / Mense Octobris / Observationes philologicas selectiones ad intelligentiam Codicis Graeci Novi Testamenti apprime facientes, tradere coepi. / Et / Diebus 12, 13, 16 & 17 Loca quaedam, Epistolae II ad Timotheum exinde illustravi. / Die 19 Consistorium publicum lectionem intercepti. / Die 20 Accessi actum 1 Epistolam ad Timotheus et / [v] / Diebus 23, 24, 26 [et] 27 Item institutum continuavi. / Diebus 30 [et] 31 Quae supererant difficiliora subiunxi. / Mense Novembris / Die 2 Epistolam 2 ad Thessalonichos exorsus sum Et / Diebus 3, 6, 7, 9 & 10 Eandem pertractavi / Diebus 13 & 14 Erant Nundinae Oppidanae. / Diebus 16 & 17 Ob praesentiam amicorum docere non licuit. / Diebus 20, 21, 23 [et] 24 In explicanda 1 Epistolam ad Thessalonichos occupatus fui. / [73r] / Diebus 27, 28 & 30 Reliqua addidi & absolvi. / Mense Decembris / Diebus 1, 4, 5, 7 & 8 Eadem methodo Epistolam ad Colossenses exposui. / Diebus 11 & 12 Eandem ad finem perdux. / Die 14 Epistolam ad Philippos auspicatus sum. / Diebus 15 [et] 18 In eius explicatione perrexi. / Die 19 Lectiones has publicas finii. / Sequebatur Festum Nativitatis Domini / Christoph Henricus Ritmeier.
- Quelle 37 Alt 2531; 37 Alt 211 Heft 1, Fol. 72 f.; Fol. 106 f.
- Zeitraum 16.01.1703–27.03.1703
- Text Anno MDCCIII / Mensis Ianuario / Observationes Philologicas ex Epistolis Paulinis continuavi, et Diebus 16, 18 [et] 19 Quaedam loca insigniora ex Epistola ad Ephesos inde illustravi / Diebus 22 [et] 23 In eodem negotio perrexi / Die 25 Erat Prorektoratus mutatio / Diebus 26, 29 [et] 30 Quae ex hac Epistola supererant, addidi / [v] / Mensis Februario / Die 1 Ob disputationem Inauguralem ad alia progredi haud licuit / Die 2 Erat dies festus / Diebus 5, 6 & sequentes Incidebant Nundinae Brunsvicenses / Die 19 Ad Epistolam ad Galatas progressus sum / Diebus 20, 22 [et] 23 Circa eandem occupatus fui / Diebus 26 [et] 27 Posteriores ad Corinthios aggressus sum / [76r] / Mensis Martio / Diebus 1 [et] 2 Continuavi idem argumentum / Diebus 5 [et] 6 Ad priorem accessi / Diebus 8 & 9 In eadem perrexi / Diebus 12, 13, 15 [et] 16 Quaedam ex Epistola ad Romanos expendi / Diebus 19 & sequentes Nonnulla ex Actis Apostolorum selegi, et tractavi / Diebus 26 [et] 27 Erant Nundinae Oppidanae / Sequebatur Feria anniversaria / Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 75 f.
- Zeitraum 19.04.1703–19.06.1703

- Text ANNO MDCCIII / Mensis Aprilis / Feriae Paschales Lectiones impediverunt, quibus finitis / Diebus 19, 20, 23 [et] 24 auctio librorum publica habebatur / Die 26 Philologemata ex Evangelio divi Iohannis exorsus sum / Die 27 Perrexi disserere cum in genere de Novi Testamenti stylo graeco, tum in specie de indole huius Evangelistae / Die 30 De accuratiore versione & exegesi Iohannis XV. 20 egi / [v] / Mense Maio / Die 1 Quae docenda de hoc loco restabant absolvi, et pluribus exemplis probavi / Diebus 3 [et] 4 Praecipue circa Capitis IV. versus 35 occupatus fui / Diebus 7 [et] 8 Nonnullas difficultates integri huius Capitis expendi / Diebus 10 [et] 11 Illustravi Capitis XIV versus I & 26 / Diebus 14 [et] 15 Exposui Caput VII. 17 / Die 17 Erat Festum ascensionis Domini / Diebus 21, 22 [et] sequentes Difficiliora loca è Capite VI. declaravi / Die 28 & sequentes Festum Pentecostes celebrabatur / [78r] / Mense Iunio / Die 7 Post Ferias Pentecostes ad lectiones publicas rursus accessi / Diebus 8, 11 [et] 12 Insigniora loca è Capite XV. proposui / Die 14 Ad Caput XVI. progressus sum / Die 15 In eodem argumento haesi / Die 18 Ad Caput XVII. perveni / Die 19 Ex Capite XVIII. notabiliora consideravi / Postea iter ad acidulas Pyrmontanas suscepi / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 77 f.
- Zeitraum 30.06.1703–18.09.1703
- Text ANNO MDCCIII / MENSE IULIO Exeunte ab itinere Pirmontano reversus sum, et ad operas publicas denuò accessi / MENSIS AUGUSTI Die 2 Quo philologemata Graeca ex Evangelio Lucae exorsus sum / Die 3 De sensu verborum φρωνήθει δικαίων ex Capite 1, 17 disserui. / Die 4 Occasione versus 28 observationem quandam Beati Gelasii aliorumque minus rectam emendavi, et de integro illo / [v] / loco prolixius disserui. / Diebus 6 et 7 Caput VI. 35 expendendum sumsi / Diebus 9 & 10 Proposui Capitis VII. versus 35 / Diebus 14 et sequentes Impedimento fuere Nundinae Brunsvicenses / Diebus 27 [et] 28 Difficiliora quaedam e Capite XI. exposui / Diebus 30 et 31 In eodem occupatus fui / MENSE SEPTEMBRIS Diebus 3 et 4 Nundinae oppidanæ interceperunt / Die 6 Examen Candidati Philosophiae horis pomeridianis institum / Die 7 De Dicto Luca XII. μή μελεώριτεθε disserui / [80r] / Diebus 10 et 11 Alia difficiliora ex eodem Capite tractavi / Die 13 Quaedam ad Caput XX 35 annotavi / Die 14 Phraseologiam peculiarem in Capitis XXIII. versu 43 explicui / Die 17 Sensum genuinum Capitis XXII 32 indagavi / Die 18 Iterum Examen in Facultate Philosophica habebatur / Deinde per unum alterumve diem propter ὄδοντασθειαν quandam non licuit pergere / Sequebatur statim Festum Michæelis / Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 79 f.
- Zeitraum 11.10.1703–18.12.1703
- Text ANNO MDCCIII / MENSE OCTOBRIS / Die 11 Selecta et difficiliora loca ex Evangelista Marco exorsurus, quaedam eò pertinentia praefatus sum. / Die 12 Capitis III. versus 21 e Philologia Graeca illustravi. / Die 15 Erat dies Natalis Academiae festum anniversarium. / Die 16 Coeptum argumentum finii / Diebus 18 [et] 19 Nuptiis in aedibus Domini Vice-Rectoris interfui. / Diebus 22 [et] 23 Caput IX. vers 50 exposui. / [v] / Diebus 25 [et] 26 Difficiliora nonnulla e Capite X expendi. / Diebus 29 [et] 30 Observationes necessarias ad Capitis XIII. versus 32 tradidi. / MENSE NOVEMBRIS / Diebus 1 et 2 In Caputis XI versus

- 13 difficultates enodavi. / Diebus 5, 6, 7 & 8 Varia, occasione Capitis XIV philologemata tradidi. / Diebus 12 et sequentes Erant Nundinae Oppidanae. / Diebus 19 et 20 Quae restabant in hoc libro ad finem perduxī. / Die 22 Ad Matthaeum eadem methodo progressus sum. / Diebus 23, 26 et 27 E prioribus Capitibus nonnulla sollicitius scrutatus sum. / Diebus 28 [et] 29 Idem negotium continuavi. / [82r] / MENSE DECEMBRIS / Diebus 3, 4, 6 et 7 E phraseologia Graeca potissimum obscurioribus in Capite VI lucem attuli. / Diebus 10 [et] 11 Circa Caput VII. IIIIX et IIX versatus sum. / Diebus 13 [et] 14 Ex sequentibus insigniora elegi et uberius explicui. / Diebus 17 [et] 18 Hunc quoque Evangelistam absolvi, et quam mihi proposueram dictorum Centuriam ad finem perduxī. / Sequebatur Festum Nativitatis Domini. / Christoph Heinrich Ritmeier.
- Quelle 37 Alt 2532, Fol. 81 f.
- Zeitraum 25.01.1704–14.03.1704
- Text ANNO MDCCIV / MENSE IANUARIO / Post solennia Inaugurationis Academici Templi et mutationem Pro Rectoratus ad publicas lectiones denuò accessi et Die 24 Philologematum sacrorum spicilegium ex Epistolis catholicis traditurus, quedam praefatus sum de rebus criticis hic moveri solitis. / Die 25 E primo Capite Epistolae Jacobi versum 3 sequens neccessarius observationibus illustravi. / [v] / Die 28 Reliquas huius Capitis difficultates enodavi. / Die 29 Circa Caput XX occupatus fui. / Die 31 Obscuriorem locum Capite XXX versu 6 declaravi. / MENSE FEBRUARI / Die 1 Vexatissimum locum Jacob IV 5 explicavi. / Diebus 4, 5 et sequens Erant Brunsvicenses Nundinae. / Die 18 Ad priorem Epistolam Petri simili ac in antecedentibus methodo accessi. / Die 19 Exposui Capitis 1 versum 11. / Die 21 Capitis XX versus 4&12. / Die 22 E Capite V 5 imprimis quid ἐγκομβώσαθα. / [71r] / Diebus 25 & 26 Posteriori Petri Capiti 1 in nonnullis lucem attuli. / Diebus 28 [et] 29 Ex hac Epistola dicenda absolvi. / MENSE MARTIO / Die 3 Primae Iohannis insigniora loca exponere coepi. / Die 4 In eadem perrexi. / Diebus 6 & 7 Secundam et Tertiam petractavi. / Diebus 10 et 11 Erat oppidanus mercatus. / Die 13 Ex Epistola Iudae versum 9 declaravi. / Die 14 sequente Loca quaedam Apocalypseos explanavi, et ita philologemata e singulis Novi Testamenti libris absolvi. / Sequebantur feriae Paschales. / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2533, Fol. 70 f.
- Zeitraum 15.04.1704–13.06.1704
- Text ANNO MDCCIV / MENSE APRIL / Die 15 Philologemata graeca e Vetere Testamento auspicaturus necessaria ad institutum praefatus sum / Die 17/18/21/22 Proverbiorum Salomonis 4 priora Capita exposui / Diebus 24 [et] 25 Insigniora in sequentibus scrutatus sum usque ad Caput X / Dies 28 Erat festum pro conservandis frugibus / Die 29 Pervenī ad Caput XII / [v] / MENSE MAIO / Die 1 Erat festum Ascensionis Domini / Die 2 Ob interpellationes nonnullas progredi haud licuit / Diebus 5, 6, 8 [et] 9 Difficiliorum quorundam e XIII, XIV, XV et XVI capitibus ex Graeca versione sensum discussi / Diebus 12 & sequentes Erant feriae Pentecostales / Diebus 20, 22 [et] 23 In suscepto labore perrexi, et ad Caput XXI pervenī / Die 26 Ad caput XXII perrexi / Die 27 Interfui Consistorio privato / Diebus 29&30 Caput XXIII addidi / [73r] / MENSE IUNIO / Diebus 2, 3 et 5 Quaedam è capitibus XXIV et XXV proposui / Die 6 Propter

- Consistorium docere haud potui / Diebus 9 & 10 Quae supererant in hoc libro subiunxi / Diebus 12 & 13 Erat Auctio librorum publica / Postea sub finem huius mensis ad acidulas Pyrmontanas profecutus sum / Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2533; 37 Alt 211 Heft 2, Fol. 72 f.; Fol. 55
- Zeitraum 28.06.1704–16.09.1704
- Text ANNO MDCCIV / MENSE IUNIO / Ab acidulis Pyrmontanis sub finem huius Mensis reversus ad publicas operas iterum accessi / Die XXIX Quo et sequentibus 29 et 31 animadversiones ad varia codicis sacri loca ex graeca potissimum litteratura eruenda Auditoribus tradidi / [v] / MENSE AUGUSTO / Diebus 1, 4, 5, 7 [et] 9 In negotio pridem coepto perrexi / Die 11 et sequente Inciderunt Nundinae Brunsvicenses / Diebus 25, 26 [et] 28 Impedimenta luctuosa ex obitu Avunculi Beati Domini Schraderi / MENSE SEPTEMBRIS / Die 1 et sequentes Erat Mercatus oppidanus / Diebus 8, 9, 11 [et] 12 Philologemata Graeca continuavi / Diebus 15 [et] 16 Hosce labores finii, quoniam mihi Programma publico nomine conficiendum fuit in Proxime imminens Festum Michaelis / Christophorus Henricus Ritmeier Sacrae Theologiae Linguae graeca Linguae [?] Professor Publicus ordinarius
- Quelle 37 Alt 2533, Fol. 74
- Zeitraum 16.10.1704–19.12.1704
- Text ANNO MDCCIV / Mense Octobris / Die 16 Examen Candidati Philosophiae / Die 20 et sequentes Iter Wolferbytanum intercepti / Die 27 Ad publicas Lectiones denuo accessi ex voto Auditorum MATHÆUM philologice et exegetice pertractaturus / Diebus 28 et 30 Ex capite 1 usque ad versum 18 inscriptionem Libelli et genealogiam Christi recensui / Die 31 Auctio Librorum publica impedimento fuit / [v] / MENSE NOVEMBRIS / Diebus 3 [et] 4 Ad finem capitis 1 perveni / Die 6 Promotio solennis peragebatur / Die 7 Ad caput 11 transitum feci / Diebus 10, 11, 13 [et] 14 Ad finem illud produxi / Diebus 17 [et] 18 Erat Mercatus Oppidanus / Die 21 Inchoavi caput III / Diebus 24, 25, 27 [et] 28 Illud absolvi / [76r] / MENSE DECEMBRIS / Diebus 1, 2, 4, 5, 9 et 10 In capite IV occupatus fui / Die 11 Ad V accessi / Diebus 12, 15 [et] 16 Reliqua huius capitis addidi / Diebus 18 [et] 19 Examina IV Magisterii candidatorum instituebantur / Sequebatur Festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi / Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2533, Fol. 75 f.
- Zeitraum 31.12.1704–28.02.1705
- Text Anno MDCCV Mense Ianuario / Sermonem Christi in Monte desiderio Auditorum satisfactorum, accurato studio perscrutari et plenius enarrare coepi, Lectionibus publicis non interruptis 1. Die 19. usque ad Finem huius Mensis. [v] / Mense Februari die 2. Erat Dies festus. / diebus 3. [,] 5.[et] 6. In Capitulo VI. Evangelii Mathaei occupatus fui. / die 9. [et] 10. et Sequentibus Incidebant Nundinae Brunsvicenses. / Quibus finitis, cum fine huius Mensis dictum caput ad finem perduxim. / [62 r] Mense Martis Caput VII. illustravi et integrum illum sermonem divinum absolvi. Exeunte hoc Mense supervenit mihi impedimentum luctuosissimum ex obitu filii natu maioris. Disputatione

- publica exhibui Philologematum apospasma ex Epistolis Paulinis.
Christophorus Henricus Ritmeier.
- Quelle 37 Alt, Nr.211, Heft 2; 37 Alt, Nr. 2534 , Fol. 17-18; fol.61-62
- Zeitraum 30.06.1705–31.08.1705
- Text Ann. MDCCV Mense Iulii. Ex Pymontano itinere redux publicis in lectionibus perrexi. / die 27. in philologica exegesi Capitis XII. Mathaei. Sicuti etiam feci diebus sequentibus 28. et 31. / Nam die 30. Erat mutatio ProRectoratus. / [v.] / Mense Augusti / } diebus 3.,] 4.,] 6.[et]7. Eadem methodo usus sum in pertractatione Capitis XIII / } diebus 10. [,] 11. [,] 13. [et] 14. Detentus fui in Capitulo XIV. / die 17 et sequentibus [diebus] incidebant Nundinae solennes Brunsvicenses. / die 24. et sequentibus [diebus] ob luctum ex obitu Beati Soceri indeque orta impedimenta non docui. / [64r] / Mense Septembris / die 7. et sequentibus [diebus] Erat mercatus oppidanus. / die 14. Publicam habui disputationem de Nominibus Divinis rem amplificantiibus. / die 17 et sequentibus [diebus] Auctio publica librorum fuit impedimento lectionibus. / diebus 22. [et] 23. Quae restabant e superioribus subiunxi. Sequebatur dein Festum Michaelis Christophorus Henricus Ritmeier.
- Quelle 37 Alt, Nr.211, Heft 2; 37 Alt, Nr. 2534 , Fol. 13-14, fol.63-64
- Zeitraum 30.09.1705–30.11.1705
- Text Anno MDCCV. Mensis Octobris / Ad accuratiorem intelligentiam Graecorum Fontium Novi Testamenti operam publicam ulterius contuli, et selectis brevibusque animadversionibus philologico exegeticis / diebus 12. [,] 13. et 16. exposui Domini Mathaei (?) capitulum XV. / die 15 enim erat Foundationis Academiae Festum. / [v] [}] die 19., die 20, die 23., die 26., die 27., die 29. [et] die 30 in instituto perrexi et ad Capitulum XVII. perveni [}] / Mensis Novembris / [}] die 2., die 3., die 5., die 6. Illud ad finem perduxit. [}] / [}] die 9., die 10., die 12. [et] die 13. Capitulum sequentium XIX. pertractavi. [}] / [66r] / die 16. et sequente [die] inciderent Nundinae Oppidanae / [}] die 23., die 24., die 26., die 27. [et] die 30. Perveni usque ad Capitulum XX. [}] / Mensis Decembris / diebus 1.,] 3.,] 4.,] 7.,] 10. [et] 11. Illud absolvi. Deinde ob negotia quaedam inevitabilia pergere haud licuit. Sequebatur Festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi. Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt, Nr.2534, fol.65 -66
- Zeitraum 19.04.1706–29.06.1706
- Text Anno MDCCVI. / Mensis Aprilis / Peractis feriis paschalibus ad publicas praelectiones redii / die 19 quo sequentem ordine in sacro Novo Testamento codice librum autore Domino Marco consignatum, ad accuratiorem graecorum fontium intelligentiam brevibus philologicis atque exegeticis animadversionibus illustrare coepi./ [v] / diebus 20, 22 [et] 23 absolvi caput primum / diebus 26, 27, 29 [et] 30 Caput secundum./ Mensis Maio / diebus 3 et 4 Erat examen Candidatorum in facultate philosophica. / die 6 Erat publica eorundem promotio. / die 7 Incepi caput tertium. / die 10 In eodem perrexi. / die 11 preparavi me ad concionem proximo festo Ascensionis Domini in templo Academico habendam. / [53r] / die 13 Incidebat festum Ascensionis Domini / die 14 absolvi caput tertium. / diebus 17-21 Caput quartum

- pertractavi / diebus 24 [et] sequentibus Erant feriae pentecostales. / Mensis Iunii / diebus 1, 3 [et] 4 Caput quintus explicui. / diebus 7, 8, 10 [et] 11 Caput sextum / diebus 14, 15, 17 [et] 18 Caput septimum / diebus 21 [et] 22 Caput octorum auspicatus sum / [die] 24 Erat dies festus. / diebus 28 [et] 29 Dictum caput absolvi./ Christophorvs Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2535; 37 Alt 211 H.2, fol. 52-53; fol.173-174
- Zeitraum 01.07.1706–24.09.1706
- Text Anno MDCCVI / Mensis Iulio / [die] 1 In exegesi philologica Graecorum fontium perrexi ad Cap. IX. Marci Evangelisto. / [die] 2 Erat dies festus / [diebus] 5 et 6 dictum Caput absolvi. / [diebus] 8 et 9 Caput X pertractavi. / [diebus] 12 et sequentibus Erant Nundinas Oppidanus. / [die] 15 Mutatio Vice-Rectoratus / [v] / [diebus] 19, 20 et sequentibus Obanatomicas demonstrationes publicas lectoribus cessarunt. / [diebus] 29 et 30 ad Cap. XI. progressus sum / Mensis Avgvsti / [die] 2 Caput istud ad finem perdux. / [diebus] 3, 5 et 6 Caput XII exposui. / [diebus] 9, 10, 12 [et] 13 Caput XIII. / [diebus] 16, 17 et sequentibus erant Nundinas Brunsvicenses. / [diebus] 27, 30 [et] 31 Caput XIV pertractavi / [55r] / Mensis Septembris / [diebus] 2 et 3 Reliqua dicti Caput absolvi. / [diebus] 6 et sequentibus Erat mercatus oppidanus / [diebus] 9 et 10 Ob breve iter non docui. / [diebus] 13, 14, 16 [et] 17 Circa caput XV occupatus fui. / [diebus] 20, 21, 23 [et] 24 subiunxi Caput XVI et ita hunc quoque librum absolvi. Sequenbat proxima septimana festus Michaelis. / Christophorvs Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2535, fol.54-55
- Zeitraum 12.10.1706–21.12.1706
- Text Anno MDCCVI / Mensis Octobris / [die] 12 De proverbialiter dictis in Novo Testamento ex Antiquitatibus Graecis et Hebraicis illustrandis promissum argumentum auspicatus sum et eodem / ac sequente [die] 14 copiosius disserui de praenicarum origine, significata, differentia, usu in philosophia Autoribus qui de iis egerunt, aliisque ad institutum pertinentibus / [die] 15 Celebrabatur dies Natalis Academiae / [v] / [diebus] 18 [et] 19 Proverbialem locutionem e Mathesin V. 39 exposui. / [diebus] 21, 22 [et] 25 Caput VI 3 / [diebus] 26, 28 [et] 29 Caput XVII 20 / Mensis Novembris / [diebus] 1, 2, 4 [et] 5 cap. V et VI. prioribus quaedam addidi. / [diebus] 8 [et] 9 Caput XIV 28 exposui. / diebus 10 [et] 12 Caput XIX 24 / [diebus] 15 [et] 16 sequentibus ERant Nundinae Oppidanae / [diebus] 22, 23, 25 [et] 26 ex Mathesin X 30 et Caput VII. 2 proposui. / [diebus] 29 [et] 30 Caput X 16 Math. / [57r] / [diebus] 2, 3, 6 [et] 7 Proverbialiter dicta insigniora ex Evangelisto Marco subiunxi./ diebus 9, 10, 13 [et] 14 Similes loquendi rationes ex Evangelisto Luca breviter expendendas sumsi. / [diebus] 16, 17, 20 [et] 21 Tales quoque ex Evangelisto Johanne collegi et illustravi sequebatur Festum Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi. / Christophorvs Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2535; 37 Alt 211 H.3, fol.56-57; 44-43
- Zeitraum 18.01.1707–31.03.1707
- Text Anno MDCCVII / Mense Januari / Praeterlapsis ferii solennibus ad publicas lectiones reversus sum et / die 18 ad Acta Apostolorum accessi, ut

- quemadmodum in antecedentibus Novi Testamenti libris institueram, ex hoc quoque proverbialiter dicta insigniora observarem et ex graecis ac hebraicis Antiquitatibus illustrarem. / [v] / Die 20 Erat mutatio ViceRectoratus / a die 21 usque ad [diem] 25 Ex prioribus IX Capitibus ad institutum pertinentia illustravi. / Die 27 et sequentibus Ad finem huius mensis progressus sum usque ad Caput XIV. / Mense Februari / Diebus 1, 3 [et] 4 Ex capite XVIII. nonnulla exposui / Die 7 et sequentibus Incidebant feriae ob Nundinas Brunsvicenses. / Postea cum adversa valetudine conflictandum mihi fuit. Quam [60r] primum autem per eius curam licuit publicos ursi labores, et / Mense Martio / Die 10 Novum et tempori accommodatum lectionum argumentum ex desiderio Auditorum aggressus sum, et historiam dominicae passionis recensente Domine Iohanne accuratione studio exponere coepi. / Diebus 11, 14, 15, 17 [et] 18 Caput XIX divini huius Autoris pertractavi. / Diebus 21, 22 [et] 24 Circa caput XIX fui occupatus. / Die 25 Erat dies festum / Diebus 28, 29, 31 Reliqua huius capitis absolvi. / Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2536; 37 Alt 211 H.2, fol.59-60; fol.116-117
- Zeitraum 19.01.1708–30.03.1708
- Text Anno MDCCVIII / Mense Ianuario / die 19 ViceRectoratus munus solenni ritu Beatis Clarissimis Dominis deposui et expeditis reliquis negotiis, ad publicas lectiones denuo accessi. / Mense Februari / die 2 Erat dies festus. / die 5 et sequentibus incidebant Nundinae Brunsvicenses. / [v] / die 21 Ultimos Christi sermones a solo Evangelista Iohanne recensitos philologico-exegeticis animadversionibus illustrare coepi, idemque negotium per reliquum huius mensis continuavi. / Mense Martio / diebus 1 et 2 Ob anatomen publicam cessavi a lectionibus, postquam vero dein animadverti, nec spectaculis istis impedimento fore, nec auditoribus meis ingratum, si incho / [71r] / atum laborem persequerer; / die 5 in publicis lectionibus, / nova licet die 16 et sequentibus huius mensis subsecuta anatome progressus sum. / diebus 26 [et] 27 Nundinae oppidanae interceperunt. / diebus 29 [et] 30 Caput XIV absolvi. / Christophorus Henricus Ritmeier/ Sanctae Theologiae Licentiatius Graecae linguae Professor Publicus Ordinarius
- Quelle 37 Alt 2537, 70-71
- Zeitraum 24.04.1708–29.06.1708
- Text Anno MDCCVIII / Mense Aprili / Quemadmodem in publico laborum indice receperam, ex Antiquitatibus Graecis cognitu utilia ad solidiorum Novum Testamentum intelligentiam depromere coepo / die 24 et sequentibus usque ad finem huius mensis./ Mense Maio / diebus 1,3,4,7 [et] 8 In eodem argumento progressus sum. / [v] / die 10 et sequentibus Iter necessarium instituendum fuit / diebus 21, 22, 24 [et] 25 lectiones publicas continuavi / die 28 et sequentibus Feriae Pentecostales / Mense Iunio / diebus 5,7 [et] 8 De Conditoriis et Sepulchralibus Graecorum ritibus egi / diebus 11 [et] 12 de Trapezitis et Collybistis [?] ad Marcum XI. 15 / [73r] / diebus 14 et 15 De ὑπηρέτων significatione et officio ad 1 Corinthios IV. I. / diebus 18, 19, 21 [et] 22 De σασιραλία et pugillatu Veterum Graecorum, ad 1. Corinthios IX. 26,27 etcetera / diebus 25, 27, 28 [et] 29 Plura eiusmodo loca subiunxi, ex Antiquitatibus illustrationem desiderantia. / Christophorus Henricus Ritmeier. /

- Quelle Theologiae Licentiatu Graecae Linguae Professor Publicus
37 Alt 2537, 72-73
- Zeitraum 02.07.1708–14.09.1708
Text Anno MDCCVIII / Mense Iulio / Dies 2 erat festus / Die 3 E graeco fonte Historia Novi Testamenti Vitam Iohannis Baptistae expositurus primum de parentibus eius egi. / diebus 5 et 6 Nativitatem eius praecedentia singularia expendi. / diebus 9 et 10 Erant nundinae oppidananas / die 13 De circumcissione et impositione nominis eius disserui / [v] / die 16 de educatione Iohanni in deferro. / die 17 de Naziraeatu eius / die 19 de victu et amictu eius / die 24 Erat mutatio ViceRectoratus. / Reliquum huius mensis iter quoddam ad meos interceptit. / Mense Augusto / die 2 de Ministerio Iohanni perrectum et quidem primum de Vocatione eique / diebus 3, 6 et 7 de Concionibus eius. / die 9 de baptismo ipsius / [75r] / die 10 et sequentibus erant nundinae Brunsvicenses. / die 24 de Legatione Synedrii Hierosolymae ad Baptistam / die 27 de elogiis a servatore ipsi perhibitis. / die 28 De captivitate eius / diebus 30 et 31 De decollatione et sepultura eius. / Mense Septembri / die 3 Isagogen ad rectum usum Graecas τῶν ζο, Versionis inchoavi. / [v] / die 4 De orientalibus versionibus et paraphrasibus antiquissimis disserui. / diebus 6 et 7 de LXX. senum vetendi negotio quid statuendum Talmudistarem de eo testimoniis et recentiorum philologorum coniecturis dixi. / diebus 10 et 11 de Agnominatione Symm. Theodot. etceteris versionibus, nec non de Origenis studio critico. / diebus 13, 14 et sequentibus usque ad finem huius mensis observationes complures suppeditavi ad rectum usum et conciliationem Graecas versarum fonte necessarias. Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2537; 37 Alt 211 H.3, 74-75; 24-25
- Zeitraum 30.09.1708–30.11.1708
Text Anno MDCCVIII / Mense Octobris / Ad lectiones publicas rediens, Lustrationem dictorum probantium, ut vocant, in quibus multa saepe fine debito selectu adduci solent, iuxta fontium tenorem, et accurationem exegesis philologicam institui. / [v] / diebus 8 & 9 Quaedam praefatus sum de huius instituti ratione, scopo, necessitate et fructu: et quomodo vulgo hic peccetur variis insignibusque exemplis docui. / Quo in negotio per hunc et proximos menses, Novembrem atque Decembrem, / [77r] / integros, perrexi, nec a lectionibus cessavi, praeterquam die academiae Natali XV. Octobris, ut et 12mo ac sequentibus quo erant Nundinae oppidanae usque dum sequeretur. / Festum Nativitatis Domini. / Christophorus Henricus Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2537; 37 Alt 212 H.1, 76-77;15-16
- Zeitraum 10.01.1709–23.03.1709
Text Anno MDCCIX / Mense IANUARIO / Animadversionibus philologico-exegeticis e Graeco Novi Testamenti codice Historiam Nativitatis Christi illustraturus die 10 et 11 huius mensis de difficultatibus circa genealogiam eius apud Mathematicam et Lucam, commodaque illas expediendi ratione dispiciendum fuit. / Diebus 14, 15, 17 [et] 18 De tempore Nativitatis Christi deque Censu dictum, et disconvenientia historiae civilis / [v] / cum sacra hic occurrens, expensa. / Diebus 21 [et] 22 Quo anni tempore autumnali an hyemali illa

- inciderit Calvisi, Scaligeri, Casauboni, Vossii etc indagatum. / Die 24 Erat mutatio Vice Rectoratus. / Die 25 Auctio librorum publica. / Diebus 28, 29 [et] 31 De loco Natalis Messiae quae disquiruntur inter eruditos excussi. / [57r] / MENSIS FEBRUARI / Die 1 Habebatur Disputatio inauguralis theologica, sequebantur Nundinae Brunsvicenses. / Die 18 Animadversiones critico-philologicas circa notabilia historiae passionis Dominicae exponere coepi, et hunc laborem sine interruptione per reliquum huius mensis ut et sequens MARTII persecutus sum. / Diebus 18 et 19 Nundinas oppidanae. / Die 22 Disputatio Inauguralis Iuridica et dein Ferae Paschales sequebantur. / Die 23 Martii Disputationem publicam habui de Philosophia Epicteti. / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2538, Fol. 56 f.
- Zeitraum 15.04.1709–27.06.1709
- Text ANNO MDCCIX / MENSE APRILIS / Die 15 A Festo Paschatos, Historiam Resurrectionis Dominicae e graeco Novi Testamenti fonte selectis et brevibus philologematis illustrare coepi. / Die 16 Priorem partem Capitis XXVIII Mathäi absolvi. / Diebus 18 [et] 19 Ex Evangelio Iohannis Caput XX a versu 2 ad versum 16 contuli. / [v] / Diebus 22 [et] 26 Lucae caput XXIV pertractavi. / Diebus 29 [et] 30 Quae in hoc restabant addidi. / MENSE MAIO / Die 2 Locum e Iohannis caput XX 17 illustravi. / Diebus 3, 6 [et] 7 Ex eodem versus 21, 22 penitus consideravi. / Die 9 Erat Festum Ascensionis Domini. / Diebus 13, 14 [et] 16 Difficultates et recentiorum diversas sententias circa locum Iohannis XX 23 sequens expendi. / [59r] / Die 20 et sequentes Ferae Pentecostales. / MENSE IUNIO / Diebus 3 et 4 Ad finem perduxit Iohannis caput XX. / Diebus 6 et 7 Exposui locum Marci capitis XVI versum 15. / Die 10 et sequentes quoddam iter mihi instituendum fuit. / Die 24 Erat festum Iohannis Baptistae. / Die 27 Habebatur Disputatio Inauguralis. / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 58 f., Fol. 92 f.
- Zeitraum 01.07.1709–31.08.1709
- Text Anno MDCCIX / Mense Iulio / Diebus 1, 2, 4 [et] 5 In variis quaestionibus sacris atque philogicis Utriusque Testamenti, ex Antiquitatibus Graecis potissimum illustrandis atque expediendis sedulo progressus sum. / Diebus 8 et 9 Erant Nundinae Oppidanae et proxime sequentibus Auctio publica Bibliothecae Niemeierianae. / [v] / Die 18 Erat mutatio Vice Rectoratus. / Diebus 19 [et] 22 In coepto negotio perrexi. / Die 23 Habebatur Disputatio Inauguralis. Reliquis huius mensis ut et sequentibus AUGUSTI et SEPTEMBRIS lectionibus publicis destinatis diebus sine ulla intermissione, (nisi quo illo quidem Brunsvicenses, hoc oppidanae interceperunt Nundinae) proposito labore defunctus sum donec sequeretur Festum Michaëlis. / Christoph Heinrich Ritmeier
- Quelle 37 Alt 2538; 37 Alt 212 Heft 1, Fol. 60 f.; Fol. 72 f.
- Zeitraum 10.10.1709–30.11.1709
- Text Anno 1709 / Mense Octobris / Die 10 Ad publicas operas reversus quaestiones singulares Biblicas, ad Graeci Novi Testamenti codicis accuratiorem plenioemque intelligentiam spectantes continuavi: et absolutis

- praecedentibus libris hoc mense progressus sum ad Epistolas Paulinas. / Diebus 11, 14, 15, 17 [et] 18 Insignora ex Epistola ad Romas expedivi. / Diebus 21, 22, 24 [et] 25 E priori Epistola ad Corinthios notabilia perscrutatus sum. / [v] / Diebus 28, 29 [et] 31 Epistolam 2 ad Corinthios subiunxi. / Mense Novembris / Die 1 Ad Epistolam ad Galatas accessi. / Die 4 Eandam absolvi pro instituti ratione. / Diebus 5, 7 [et] 8 Ex epistola ad Ephesos quaedam proposui. / Diebus 11, 12, 14 [et] 15 Epistolam ad Phillipos pertractavi. / Die 18 et sequente Erant Nundinae oppidanae. / Diebus 25, 26 [et] 28 Insigniora utriusque ad Timotheum, et ad Titum loca excusi. / [63r] / Mense Decembri / Illustres maxime ex Epistolis ad Hebraeos quaestiones criticas atque exegeticas proposui, eundemque laborem continuavi usque ad Festum Nativitatis Domini Novo testamento Christi. / Christoph Heinrich Ritmeier
Quelle 37 Alt 2538, Fol. 62 f.
- Zeitraum 13.01.1710–04.02.1710
Text Anno MDCCX Mense Ianuario / die 13 Ex graeco Novi Testamenti codice Non-Graeca peculiari instituto expendere coepi; praemisso discursu de stylo Novi Testamenti in genere, deque potioribus circa illum inter eruditos agitatis controversiis. / die 14 De Latinismis inibi occurrentibus cum in vocibus singulis, tum coniunctis dicere sum exorsus. / diebus 16 [et] 17 De nuper in Belgio disceptatis prolixè inter Iacobum Perizonium et Ulricum Huberum circa $\pi\rho\alpha\iota\tau\omega\rho\iota\omicron\nu$ disserui. / [v] / diebus 20 [et] 21 $\kappa\gamma\sigma\omega\delta\iota\alpha\nu$ $\kappa\eta\nu\delta\nu$ $\kappa\omicron\delta\rho\alpha\nu\tau\eta\nu$ et multas tales Novi Testamenti voces latinas exposui. / die 23 Erat mutatio Vice-Rectoratus. / die 24 Auctio librorum publica. / die 27 De Hellenistici Styli controversia latius disserui. / die 28 De Hebraismis Novi Testamenti. / diebus 30 [et] 31 Persica, Syriaca, Chaldaica etcetera seorsim exposui, et ita lectiones has de Non-Graecis Novi Testamenti finii. / [64r] / Mense Februario / diebus 3,4, et sequentibus Erant Nundinae Brunsvicenses. Quibus transactis auspiciatus sum de hodiernis Graecis eorumque statu lectiones prout Programmate typis exscripto et hic adiecto publice exposui. Eandemque laborem non interrupta serie per mensem Februarium et Martium integrum continuavi. / Disputationi publicae proposui Nomenclaturas mortis emphaticas ex Novo Testamento memoriae Celebrisissimae Principis Sophiae Amalia humillime consecratas. Christophorus Henricus Ritmeier
Quelle 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 63-64r; 143-144
- Zeitraum 31.03.1710–31.05.1710
Text Anno MDCCX Mense Aprili, Maio, Iunio / De hodiernis Graecis eorumque ritibus Sacris, quemadmodum in programmate edito latine descripsi, gnaviter continuavi praelectiones. Nec toto hoc trimestri ab iisdem cessavi: praeterquam stas Paschatos et Pentecostes feriis. / Christophorus Henricus Ritmeier / Graecae Linguae Professor
Quelle 37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 65; 20
- Zeitraum 01.07.1710–18.09.1710
Text Anno MDCCX Mense Iulio / diebus 1,3,4 et 7 De lingua Graeca hodie vulgari disserui, et quomodo differat ab antiquo graecismo: nec non varietatem eius ratione locorum et usus in ecclesiasticis aequè ac vita communi monstravi. /

	diebus 8 et sequentibus Erant Nundinae Oppidanae. / die 14 Finitis Lectonibus de hodiernis Graecis, philologemata / [v] / Graeca selectiora ex Novo Testamento epistolis catholicis proponere coepi. / diebus 15, 17, 18 [et] 21 In hoc negotio perrexi. / die 22 Erat mutatio Vice-Rectoratus. / die 24 usque ad 31 Absolutis duabus Epistolis Petri, ad Epistolam Domini Iacobi accessi. / [67v] / Mense Augusto / die 1 usque ad 8 Eandem pertractavi et ad finem perduxi. / diebus 11 et sequentibus Nundinae Brunsvicenses. / Quibus finitis, in luctum domesticum coniectus, cui febris tertiana supervenit, docere non potui. / Mense Septembri / diebus 15, 16 [et] 18 Habebantur Inaugurales Disputationes. Quas sequebatur Promotio solennis in Facultate Iuridicata septimana proxima ante Festum Michaelis. / Christophorus Henricus Ritmeier / Graecae Linguae Professor Publicus
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 66-67; 19-20
Zeitraum	15.10.1710–22.12.1710
Text	Anno MDCCX Mense Octobris / die XV Academiae Natali, Oratio solennis mihi habenda fuit. / Postea publicato programme, de Lingua Graeca praestantissimo solidae eruditionis adiumento, Auditores invitavi. / diebus 19 [et] 20 incidebant Nundinae oppidanae / die 21 Graecum Matthaei textum exorsus sum / diebus 23 [et] 24 Priora duo capita absolvi / [v] / diebus 27 [et] 28 caput 3 exposui. / die 29 ad caput 4 accessi. / die 30 Erat Inauguralis Disputatio et Promotio in Facultate Medica / Mense Novembri / a diebus 3 ad 7 Caput IV / diebus 10-18 Caput V / diebus 20-28 Caput VI. explicui. / Mense Decembri / diebus 1,2,4 [et] 5 usque ad 11 in Capite VII. pertractando occupatus fui. / [87r] diebus 12 ad 18 Caput VIII. diebus 19-22. Caput IX. exposui. / Sequebantur Feriae Nativitatis Domini Nostri Iesu Christi / Christophorus Henricus Ritmeier / Graecae Linguae Professor
Quelle	37 Alt 212 H.2, 86-87
Zeitraum	27.11.1710–22.12.1710
Text	Anno MDCCX / Veteris Testamenti librorum historicorum praelectiones exegeticas, praemisso Programme de Adminiculis studii sacri exegetici, Beatum Celebrissimum Dominum [?] publice exorsus sum, et / Mense Novembri / die 27 Illustre liberationis ac providentiae divinae in Gente Hebraea documentum ex Historia Estherae propositurus, prolegomena quaedam, cum in genere de libris historicis atque canonicis Veteris Testamenti tum in specie de hoc Esterae libro eiusque Autore attuli. / [v] / die 28 ad Capitulum 1 accessi. / Mense Decembri / die 1 Hoc Capitulum absolvi. / die 2 Capitulum II exponere coepi. / die 4 Illud ad finem perduxi. / die 5 Caput III. incepti, idemque / die 8 pertractavi. / diebus 9, 11 [et] 12 Caput IV et V exposui. / diebus 15, 16, 18 [et] 19 Capita sequentia addidi usque ad IX. / [69v] / die 22 Caput IX et X. totumque hunc librum absolvi, postquam singulis semper capitibus quaestiones theologicas, atque usus cum doctrinales, tum morales et practicas subiunxi. / Christophorus Henricus Ritmeier / Sanctae Theologiae Doctor Professor Publicus
Quelle	37 Alt 2539; 37 Alt 212 H.2, 68-69; 81-82

Zitierhinweis

CPH: Christoph Heinrich Ritmeier

H E R Z O G
A U G U S T
B I B L I O
T H E K

Prof. Christoph Heinrich Ritmeier. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-183-ritmeier> [06.07.2026]